



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani provincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Monasterium S. Mariae De Rheno apud Bononiam, Italiae urbem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

tum fortè versabatur) ad se euocauit, & monasterium Ilicitanum S. Saluatori sacrum, quod hætenùs fuerat ordinis Eremitarum S. Augustini, in Prioratum Canonicorū regularium erexit. Itaque cum sodalibus suis velut manu missus, atque ab omni aliorum, præsertim Eremitarum, iurisdictione liberatus, nouam vestem & noua decreta suscepit. Cæterùm Franciscus Gisilerius, monasterij S. Mariæ de Rheno apud Bononiam, & monasterij S. Saluatoris, in vrbe Bononiensi (quæ Canonicorū erant regularium cœnobia perpetuum vnita) Prior, anno 1419. huic pijsimæ familiæ se suosq; adfociauit; Martino V. Papa adprobante, hodie Prior S. Saluatoris Bononiensis est vniuersæ Congregationis caput. Anno 1430. parochialis, vt loquuntur Ecclesia S. Donati in Scopeto, apud Florentiam, ipsis accessit, atque in Prioratum est erecta. Plura apud Signium, qui voluerit, legat.

Haud abs re fuerit pauca quædam ex eodem Signio, subnectere de originibus ac progressibus dictorum monasteriorum Rhemani, & S. Saluatoris Bononiensis.

MONASTERIUM S. MARIAE DE
Rheno apud Bononiam, Italia
urbem.

ANNO 1136. Innocentius II. cùm esset
Pifis, ordinem Canonicorū regularium San-
cti Au-

ſti Auguſtini, in antiquiſſima Canonica Sanctæ Mariæ de Rheno apud Bononiam reformavit, atque firmavit. Eo namque tempore Canonici Rhenani (hortatu dicti Pontificis, qui fuerat eiufdem ordinis Canonicus) Regulam à S. Petro Damiani tribus libris conſcriptam, & à Paſchali II. Papa confirmatam ſuſceperunt. Dicebantur autem Rhenani, à monaſterio S. Mariæ de Rheno, quod intra tertium lapidem ab vrbe Bononia ſitum, inter famoſiſſimas olim Italiæ Canonicas numerabatur.

Ex hoc monaſterio Rhenano quatuor Pontifices Maximi prodierunt, nimirum Honorius II. Innocentius II. Lucius II. & Innocentius III. eo nomine Papa: Cardinales item, Archiepiſcopi, & Epifcopi quàm pluri- mi: quos longa ſerie recenſet Ioannes Bapt. Signius lib. I. de ordine ac ſtatu Canonico. Apud eundem exſtat catalogus Priorum, dicti monaſterij Rhenani.

MONASTERIVM S. SALVATORIS
in vrbe Bononiensi.

CANONICI regulares S. Mariæ de Rheno, de quibus iam diximus, domum ſiue hoſpiti- um in vrbe Bononiensi habebant, quò di- uertere ſolebant, cum ex agro in urbem ne- gotiorum cauſſa veniebant. In hac domo ſiue hoſpiti- o, anno 1136. poſt reformationem & 1136.

E s

S. Pe-